1390

Chibiczka Quietat Pelka

Eadem cedit Slonkowsk

1392 Nec non de Inscriptione Castrensi premisliensi per Secu-
lum Generosum Martinum pelka factum, Quam mediante sibi cum
eodem pelka, eandem intercisa roboravit, De omnibusque
tam intercisa quam inscriptionis conditionibus punctis clau-
sulis et articulis. Cum omnique et integro iure suo quod
eandem concernebat, nil sibi et posteris suis reservavit. Jam
exnunc Nobili Jacobo Slonkowski, et eius successoribus
cedit et condescendit, omnique et integrum ius suum, quod-
cumque ipsam competebat, super eundem Jacobum Slonkowski
et eius successores, totaliter et plenarie transfundit et
incorporat hac sua presenti recognitione mediante. Nihi-
lominus eidem Anna Chibiczka recognoscens, se cum posteris
suis, in et super bonis suis omnibus inscribit. Inscriptionem
presentem cessionis, ex his Actis Castrensibus ad acta terrestria
premisliensia, ad decursum unius anni transportare, sub
vadio triginta florenorum pecunie, mon. polonie ad solvendum
eidem Jacobo Slonkowski et eius posteris, rone non compleri
omnis premissorum succumbens. Pro quo quidem vadio rone
premissorum sub debito, si se eadem recognoscens cum successoribus
suis prefato Jacobo Slonkowski, aut posteris eius Cittare
permiserit. Extunc a terris dictis, iure foroque suis qui-
busvis proprijs rudo. Coram presenti Castrensi premisliensi officio.
Semper in primo cittationis termino peremptorie iuri parere, rudi-
ac pro cittatis omnibus. Inscriptionique prefate in toto tenore
quoniam opus fuerit satisfacere. Omnibus Exceptionibus
Exasionibus, prescriptionibus fatalibus iuris, suspensionibus, Motionibus
Appellationibus, Actione pro maiori vera infirmitate, Successorum
minorennitate, penis trium et ter trium Marcarum pecunie, dilatione
ad quaestionem, ac generaliter universis dilationibus, iuribus et facti rediis
semotis et eis quibus renuntiatis, suis cum successoribus tenebitur, nulla
prescriptione terrae abusu iustitionis, silentioque iuris obstante,

Woiakowski tenet Chibiczka

Comparens personaliter coram officio Actisque presentibus Castrensibus pre-
misliensibus Generosus Caspar Woiakowski, a terris dictis, iure ac foro
suis quibusvis proprijs recedens, presenti vero iurisdictioni se cum successoribus
ac bonis suis omnibus quo ad actum et effectum inscriptionis presentis at-
tinet plenarie incorporans subiciendo, sanus mente et corpore exceptus
publice libere palam ac per expressum recognovit, Quia Nobili 1393
Annae relicte consorti olim Nobilis Hieronimi Chibiczki et eius suc-
cessoribus, summa trecentorum florenorum pecunie, mon. et mueri polo-
nicalis, certi veri liquidi mutui atque essentialis debiti tenetur,
Quam quidem summam, se cum successoribus suis obligat et inscribit. Eidem
Annae Chibiczka vel eius posteris huius pro die et festo Conver-
sionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturo, circa officium et Acta
presentia Castrensia premisliensia plenarie ac in effectu dicte solvere
reponere relinquere non ex fide iubere, neque quovismodo per se vel
submissas quasvis personas arestare sub vadio sitis summae
trecentorum florenorum pecunie mon. et mueri polonie, in defectu So-
lutionis summae eiusdem essentialis pro tempore supradicto ad solvendum
succumbens, ac in summa essentiali, et capite debita vigent sexin-
gentorum florenorum pecunie mon. et mueri polonicalis, nullo dicto ad
id accedente solummodo virtute inscriptionis presentis convertendum,
Quod quidem vadium cum summa essentiali mutuo, in et super eiusdem
recognoscentis bonis omnibus hereditarijs et obligatorijs, mobilibus
et immobilibus summisque pecuniarijs per eum ubilibet habitis cui-
cumque iurisdictioni subiectis extendetur extendique debebit,
Preterea supradictus recognoscens se cum successoribus suis, in
et super bonis suis omnibus, ac summis pecuniarijs per eum ubilibet et
quomodolibet in regno polonie habitis, eidem Annae Chibiczka, ac posteris
illius inscribit et obligat. Inscriptionem presentem, ex his Actis
Castrensibus ad Acta terrestria premisliensia, ante decursum unius anni
transportare, Et circa transportationem eiusdem inscriptionis Generosam
Catharinam de Plessowicze, consortem suam, cum duobus amicis illius
de linea paterna proximioribus, ad consentiendum super inscriptionem